

KLEINE TEXTE FÜR VORLESUNGEN UND ÜBUNGEN

BEGRÜNDET VON HANS LIETZMANN

HERAUSGEGEBEN VON KURT ALAND

69

POETARUM ROMANORUM
VETERUM RELIQUIAE

SELEGIT

ERNESTUS DIEHL

5. AUFLAGE



VERLAG WALTER DE GRUYTER & CO.

VORM. G. J. GÖSCHEN'SCHE VERLAGSHANDLUNG · J. GUTTENTAG, VERLAGS-
BUCHHANDLUNG · GEORG REIMER · KARL J. TRÜBNER · VEIT & COMP.

BERLIN 1961

Poetarum Romanorum veterum reliquias post Aemilium Baehrens edituro nova quodammodo fundamenta iecerunt I. Vahlen, Fr. Leo, Fr. Marx, viri huius aevi in litteris Latinis ingenii subtilitate et doctrina praeclarissimi, qui recensuerunt et enarraverunt carminum vetustissimorum atque Saturniorum versuum rudera, et Ennianae poesis reliquias ac C. Lucili carminum.

Gravissima illa linguae Latinae litterarumque Romanarum monumenta emendata ut iuventuti antiquitatis studiosae in manibus essent, quaecumque integram fere sententiam exhibebant e fragmentorum congerie excerpta atque selegi adiecta praeter lectiones varias pressa ubi opus esse videbatur interpretatione.

Neque secludendas esse censui ab hac anthologia poetarum scenicorum reliquias Thesauri linguae Latinae in usum ab Ottone Ribbeck sub auspiciis divi Francisci Buecheler ante duodecim fere hos annos tertium editas, praesertim cum et recenti Nonii Marcelli editione a Wallacio Lindsay curata et Vahleni, Leonis, Skutschii aliorum studiis scenicis metricisque non uno tantum nomine tragicorum quoque et comicorum poetarum fragmenta pleraque emendatoria hodie legantur. Contra praeter Atellanarum mimorumque auctores celeberrimos poetas liberae rei publicae labentis bonos malosque in hoc concilium evocare nolui, ne praeter modum hoc volumen accresceret.

Auctorum veterum sigilla notasque criticas Thesauri l. L. indici in universum accommodavi et editorum usui pervulgato, reliqua autem revocant ad editorum recentium nomina, e quibus notaveris Leo¹ = Der Saturnische Vers v. Fr. Leo Berlin 1905, Leo² = De Tragoedia Romana Observationes criticas scr. Fr. Leo Gott. 1910.
